

Littera A.

**PRIVILEGIUM LEOPOLDI
IMPERATORIS** una cum inserto Privile-
gio Imperatoris **MAXIMILIANI**, nec non
JULII 2^{di} & **BONIFACII Noni**
Summorum Pontificum.

LEOPOLDUS

**DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
ELECTUS ROMANORUM IMPERATOR**
semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ,
Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ
&c. **REX**, Archidux Austriae, Dux Burgun-
diæ, Brabantiae, Styriæ, Carinthiæ, Car-
niolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucem-
burgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wir-
tembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes
Habsburgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi & Go-
ritiæ, Landgravius Alfatiae, Marchio Sacri
Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & in-
ferioris Lusatiæ Dominus Marchiæ Sclavoni-
cæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Agno-
scimus & notum facimus tenore præsentium Universis;
quòd cum Nobis Honorabiles Devoti Nobis dilecti N.
Præpositus, Decanus & Capitulum Ecclesiæ Cathedra-
lis Monasteriensis humillimè exponendum curarint, à
quondam Prædecessoribus suis pro decore Cathedralis Ec-
clesiæ suæ, & meliori defensione jurium ejus conditum
fuisse statutum, ut ad Canonicatum, præbendam, per-
sonatum, dignitatem, aut quodcunque officium dictæ
Ecclesiæ Monasteriensis nemo assumatur, ipsique nemi-
nem recipere possint aut teneantur ac debeant, qui non
A testi-

testimoniis fide dignis legitimam suam procreationem ex thoro matrimoniali, & ex utròque parente Nobili ac militari docuisset, & in Scholasticum ac Decanum nemo ascisceretur, nisi quem Præfatum Capitulum ritè elegisset, & Episcopus dictæ Ecclesiæ Monasteriensis Antistes legitime confirmasset, quod statutum in Ecclesiâ Monasteriensi, ita receptum Beatissimi quondam Patres BONIFACIUS Nonus, & JULIUS Secundus Summi Pontifices felicissimæ recordationis assensu, & Bullis suis Pontificiis approbârint, & Divus quondam Imperator MAXIMILIANUS Secundus aug. mem. ad supramentionati Capituli Monasteriensis demississimam requisitionem clementer quoque confirmârit, cujus confirmationis Cæsareæ, & Bullarum Pontificiarum tenor in hæc verba sequatur.

MAXIMILIANUS Secundus Divinâ favente clementiâ Electus Romanorum Imperator semper augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiae, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Luxemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiae, Marchio Sac. Rom. Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiae, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium Universis, quòd cum Nobis humiliter sit expositum pro parte Honorabilium devotorum Nobis dilectorum N. Decani & Capituli Ecclesiæ Cathedralis Monasteriensis, eandem Ecclesiam ante plura sæcula ad DEI inprimis gloriam, ac deinde in sustentationem & conservationem verè nobilis militaris ordinis fundatam, adeoque à multis præcipuis ejusdem Ordinis personis pio zelo liberaliter donatam dotatamque fuisse, huncque in finem dictorum Decani & Capituli Antecessores statutum quoddam condidisse, quo sancitum sit, neminem in Canonicum dictæ Cathedralis Ecclesiæ Monasteriensis recipiendum ac assumendum esse, nisi ab utròque parente de Nobili militari genere, & ex legitimo thoro procreatus

us existat, quod
quor Summis Pontificibus
do & BONIFACIUS
firmatum fuerit, pro
cula omnium eadem
dinum extracto, ac
quondam JULIO Sec
Summis Pontificibus
forma authentica ex
tenor talis est.

Tenor S
co

U Te quæ vetul
& admittend
Ecclesia obser
seniorum Cano
tionem Canonicatu
nus à memoria homin
serventur, Nos Deca
stentis ad infrascript
ti, maturâ deliberat
irrefragabili valitur
mus, quòd quicunqu
nomicum nostræ Eccle
toscitur primum, &
linter exhibere titulu
missa Nobis illius co
qui Almanico denomi
tipes proximiores, v
& quas de linea sua ma
dente digitis jurare,
denominare sint suæ
millis genere existant
cipendis in legitimo th
tribus matrimonialiter
bique legitime tunc d
fertur, integras, ac N
ramento per ipsos præ
bunt, eadem tipes p

tus existat, quod quidem statutum postmodum ab aliquot Summis Pontificibus, præsertim verò JULIO Secundo & BONIFACIO Nono, felicitis recordationis confirmatum fuerit, prout ex dicto statuto è libro sive matriculâ omnium ejusdem Ecclesiæ statutorum & consuetudinum extracto, ac memoratarum confirmationum, à quondam JULIO Secundo, & BONIFACIO Nono Summis Pontificibus obtentorum transumptis Nobis in formâ authenticâ exhibitis latius continetur, quorum tenor talis est.

*Tenor Statuti, seu Clausula
concernens 1^{ma}.*

UT ea quæ vetustissima consuetudine in recipiendo & admittendo Novitios Canonicos in Nostra Ecclesia observata dignoscuntur, per obitum seniorum Canonicoꝝ nostrorum, & raram vacationem Canonicatum & Præbendarum inibi nullatenus à memoriâ hominum excidant, sed inviolabiliter observentur, Nos Decanus & Capitulum Ecclesiæ Monasteriensis ad infra-scripta peragenda capitulariter congregati, maturâ deliberatione præhabitâ, hæc perpetuò, & irrefragibili valiturâ constitutione, statuimus & ordinamus, quòd quicunque petens se recipi & admitti in Canonicum nostræ Ecclesiæ, etiam ex quocunque titulo, tenebitur primùm, & ante omnia coram Nobis capitulariter exhibere titulum, cujus prætextu se recipi petit, dimissâ Nobis illius copiâ authenticâ, & deinde in vulgari Almanico denominare ibidem publicè quatuor suas stirpes proximiores, videlicet duas de linea sua paterna, & duas de linea sua materna, atque extensis duobus suæ dextræ digitis jurare, quòd prædictæ stirpes per eum denominatæ sint suæ proximiores stirpes, & de bono militari genere existant, & exindè derivatæ, ipsèque recipiendus in legitimo thoro ex dictis denominatis parentibus matrimonialiter copulatis genitus, existat, habeatque secum eò tunc duos viros pari Nobilitate, ut præfertur, insignitos, ac Nobis cognitos, qui sub simili juramento per ipsos præstando, testimonium ferre debent, easdem stirpes per recipiendum designatas fuisse, & esse

& esse de bono Nobili militari genere, & proximiores ipsius recipiendi Canonici & ex ejusmodi genere derivatas, ipsumque recipiendum Canonicum esse genitum, in legitimo thoro parentum suorum designatorum, quibus peractis ac probatis, si nil Canonicum obstiterit, debet recipiendus admitti, ac aliàs nullo modo, salvis statutis, consuetudinibus, juribus & privilegiis, Ecclesiæ Nostræ, ad quorum observantiam etiam post receptionem suam se astringere tenebitur.

*Tenor Privilegii JULII 2^o Pontificis.
seu clausula concernens 2^o.*

JULIUS &c. Ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ dignitatis culmine meritis licet imparibus Divinâ dispositione constituti, ad ea nostræ considerationis aciem libenter convertimus, per quæ nostræ promissionis ministerio honor & decus Ecclesiarum quarumlibet, præsertim insignium Cathedralium conserventur, & in illis Divinus cultus floreat, & continuum suscipiant incrementum, & illa quæ propterea observata fuisse dicuntur, ut firma perpetuo & illibata persistant, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, aliàsque desuper nostri pastoralis officii partes favorabiliter impartimur, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Capituli Monasteriensis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd à tanto tempore citra cujusvis initii memoria hominum non extitit, quòd nullus in Decanum & Scholasticum ejusdem Ecclesiæ recipiatur, nisi per Capitulum prædictum electus, & electio hujusmodi per Episcopum Monasteriensem pro tempore existentem confirmatus fuerit, ac quòd etiam nullus in Canonicum dictæ Ecclesiæ recipi & assumi possit, nisi de militari genere & legitimo thoro ex utroque parente procreatus existat; Quare pro parte Capituli prædictorum asserentium, quòd querelas subditorum eorundem Capituli Monasteriensis Decanus recipit, ac illas Capitulo prædictis, & quòd Capitulum prædictum postmodùm illas Episcopo Monasteriensi pro tempore existenti referunt, & quòd ad ipsos

ipſos Decanum & Scholaſticum ſpectat, & pertinet, ſup-
 portare certa onera eidem Eccleſiæ incumbentia Nobis
 fuerit humiliter ſupplicatum, ut conſuetudine prædictâ
 pro illius ſubſiſtentiâ firmiori robur Apoſtolicæ confirma-
 tionis adjicere, aliâſque in præmiſſis opportunè provide-
 re de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur,
 qui Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedra-
 lium decorem & vetuſtatem intenſis deſideramus affecti-
 bus, eoſdem Capitulum, & Capituli hujusmodi ſingula-
 res perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. abſolu-
 tos fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus conſuetu-
 dinem prædictam authoritate Apoſtolicâ tenore præſen-
 tium approbamus & confirmamus, ac nihilominùs pro
 potiori cautelâ dictâ authoritate ſtatuímus & ordinamus,
 quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus cu-
 juſcunq̄e dignitatis, ſtatûs, gradûs, ordinis vel condi-
 tionis fuerit, in Decanum & Scholaſticum dictæ Eccle-
 ſiæ, niſi per Capitulum prædictum electus, & electio hu-
 juſmodi, ut præfertur, confirmata fuerit, aut in Ca-
 nonicum ejuſdem Eccleſiæ recipi & aſſumi poſſit, niſi de
 militari genere & legitimo thoro ex utroque parente pro-
 creatus extiterit, ipſiſque Epicoſopus & Capitulum aliquem
 etiam cujuſcunq̄e dignitatis vel conditionis fuerit, etiam
 prætextu quarumcunq̄e gratiarum, exſpectativarum
 ſpecialium vel generalium, reſtitutionum aut unionum, an-
 nexorum incorporationum, aut mandatorum, littera-
 rum Apoſtolicarum, etiam primariarum precum ſeu No-
 minationum Imperatoris, Regum, Regnorum, Ducum,
 Principum & aliorum Dominorum temporalium, etiam
 motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac de Apoſtolicæ
 poteſtatis plenitudine, & ex quavis cauſâ, conſideratione,
 vel intuitu jurium ceſſorum vel ablatorum, etiam pro ſe-
 dandis litibus pro tempore conſeſſis, & quaſvis alias et-
 iam derogatoriarum derogatorias, aliâſque quantum-
 cunq̄e fortiffimas in ſe continentium, etiamſi per eas
 præſentibus ſpecialiter & expreſſè derogaretur, ſeu dero-
 gari videretur, in Decanum, Scholaſticum, aut Cano-
 nicum dictæ Eccleſiæ, niſi electus & confirmatus, & de
 militari genere & legitimo thoro ex utroque parente pro-
 creatus reſpectivè fuerit, ut præfertur, nullatenùs recipere
 ſeu admittere poſſint, neque debeant, & ad hoc per quaſ-
 cunq̄e

B

genere, & uniuersos
 ſuſmodi generis deriva-
 tionem eſſe generum,
 am deſignationem, qui-
 canonicum obſeruant,
 aliis nullo modo, ſed
 ſuis & privilegiis, Et
 rvaniam etiam poſt re-
 cebitur.

II 2^o Pontificis.
 ernens 2^o

perpetuam rei me-
 ritatis culmine merito
 one conſtituti, ad ea
 et convertimus, per
 honor & decus Eccle-
 gnium Cathedralium
 ſus floreat, & conſi-
 ſta qua propterea ob-
 perpetuo & illibata per-
 tur, Apoſtolicæ muni-
 noſtri paſtoralis officii
 ſeruit in Domino con-
 pro parte dilectorum
 Nobis nuper exhibita
 tempore circa cuiusvis
 t, quod nullus in De-
 electus recipiatur, niſi
 & electio hujusmodi
 o tempore exiſtente
 nullus in Canonicum
 t, niſi de militari ge-
 nente procreatus
 electorum aſſerentium
 m Capituli Monachorum
 pitulo prædictæ
 nodum illas Epicoſopi
 ti referunt, & ſunt
 ipſos

cunq; censuras & pœnas in litteris gratiarum expectativa-
rum, reservationum, nominationum, provisionum & facultatum
huiusmodi per quoscunq; desuper obtentis & impetratis,
& processibus, desuper habendis pro tempore contentis,
contra præsentium tenorem coarctari non possint, ac eidem
præsentibus nullatenus derogari possit, ac quas-
cunque collationes, provisiones, acceptationes, & quas-
vis alias dispositiones aliter faciendas, & quæcunque pro
tempore inde secuta, nullius roboris vel momenti existi-
tere, ac quicquid secus super his à quocunq; quavis au-
thoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irri-
tum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac sta-
tutis & consuetudinibus dictæ Ecclesiæ juramento, confir-
matione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis,
cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergò &c. No-
stræ absolutionis, approbationis, confirmationis, statuti,
ordinationis & decreti infringere &c. Si quis &c. Datum
Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ
millesimo, quingentesimo quarto, quarto nonas Sep-
tembris, anno primo,

*Tenor Privilegii BONIFACII Noni Pontificis.
seu clausula concernens 3^{ia}.*

BONIFACIUS &c. Ad perpe-
tuam rei memoriam. Ad ea quæ Ecclesiarum
præsertim Cathedralium honorem & utilitatem,
ac etiam personarum Ecclesiasticarum in illis degentium
commodum, ac tranquillum & quietum statum conspi-
ciunt, libenter intendimus, illisque quantum cum Deo
possumus, favorem Apostolicum impartimur. Exhi-
bita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum Filio-
rum, Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ Monasteri-
ensis petitio continebat, quod ad Canonicatus & Præ-
bendas, ac Dignitates, personatus & officia ejusdem Ec-
clesiæ Monasteriensis, ut plurimum recipiuntur, & reci-
pi consueverunt Personæ Nobiles, de Principibus aut Co-
mitibus, vel saltem militaribus parentibus procreatæ, per
quas jura & bona temporalia ipsius Monasteriensis Eccle-
siæ

se verifimiliter val
Decanus & Capitu
& bona huiusmodi
honores, ejusdem
hinc teneri possint,
etiam ordinant, c
ad Canonicatus & Pr
natus aut officia hu
nisi de Nobili, vel
tari genere, ac de le
te, & talem te prius
hæres existant, cora
hinc Præpositus, D
dictæ Monasteriensis
statutum & ordinatio
fidem id Apostolicæ Se
ficut eadem petitio fi
& Capitulum prædicti
suetudinem, statutum
à Sede prædicta diver
bendas aut Dignitate
impetrarunt, capius
tur in dies, aliisque
huiusmodi consuet
ad Canonicatus & P
& Officia huiusmodi
sua antedicta, dubit
hinc per eos amplius p
Præpositi, Decani &
plicitatem, ut quod d
canus & Præbendas
ficiæ Apostolica, vel
consuetudinem ac sta
fieri valeat, quoquo
hinc in Præposito, D
de veritate Aposto
huiusmodi supplicatio
stolica etiam scientia
nis Edicto sumimus,
ceps perpetuo futuris
alia quavis autoritate

siæ verisimiliter valeant defensari, quòdque Præpositus, Decanus & Capitulum prædicti ad effectum, ut jura & bona hujusmodi, nec non libertates, immunitates & honores, ejusdem Ecclesiæ Monasteriensis viribus, & melius teneri possint, quantum in eis fuit, statuerunt, & etiam ordinârunt, quòd in dicta Ecclesia Monasteriensi ad Canonicatus & Præbendas, aut Dignitates vel Personatus aut officia hujusmodi nullus deinceps recipiatur, nisi de Nobili, vel saltem ex utròque parente, de militari genere, ac de legitimo Matrimonio procreatus fuerit, & talem se prius per testes fide dignos, qui etiam militares existant, coram prædictis Capitulo probaverit, ipsique Præpositus, Decanus & Capitulum pro bono statu dictæ Monasteriensis Ecclesiæ hujusmodi consuetudinem, statutum & ordinationem perpetuò desiderant observari, si ad id Apostolicæ Sedis accedat assensus. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, Præpositus, Decanus & Capitulum prædicti quandoque contra hujusmodi consuetudinem, statutum & ordinationem per pleròsque, qui à Sede prædicta diversas Gratias & Canonicatus & Præbendas aut Dignitates, Personatus & Officia hujusmodi impetrârunt, sæpius molestati fuerunt hætenus & vexentur indies, aliisque retroactis temporibus aliqui contra hujusmodi consuetudinem ac statutum & ordinationem ad Canonicatus & Præbendas ac Dignitates, Personatus & Officia hujusmodi, recepti & admissi fuerunt in Ecclesia antedicta, dubitentque etiam eos in futurum super his per eos amplius posse molestari, pro parte eorundem Præpositi, Decani & Capituli Nobis fuit humiliter supplicatum, ut quòd de cætero nullus hujusmodi Canonicatus & Præbendas, ac Dignitates seu Personatus vel Officia Apostolica, vel quavis aliâ autoritate, nisi juxta consuetudinem ac statutum & ordinationem prædictis assequi valeat, quoquo modo statuere, ac alias in præmissis ipsis Præposito, Decano & Capitulo piè concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, autoritate Apostolica ex certa scientia præsentis irrefragabilis constitutionis Edicto statuimus, ac etiam ordinamus, quòd deinceps perpetuis futuris temporibus, nullus Apostolicâ vel aliâ quavis autoritate hujusmodi Canonicatus & Præbendas

bendas, ac Dignitates seu Personatus vel Officia Ecclesiæ Monasteriensis prædictæ nisi juxta hujusmodi consuetudinem ac statutum & ordinationem Capituli prædicti quæ etiam ex simili scientia, eadem authoritate Apostolicæ tenore præsentium ratificamus & approbamus, assequi possit & debeat ullo modo, ipsique Præpositus, Decanus & Capitulum, vigore quarumcûq; litterarum sub quacûq; formâ vel expressione verborum à Nobis vel à sede prædicta hætenus impetratarum, vel impostero impetrandarum ac processuum habitorum seu habendorum, per easdem ad receptionem vel provisionem alicujus ad Canonicatus & Præbendas aut Dignitates seu Personatus vel Officia superscripta minimè teneantur, & ad id compelli non possint, nisi recipiendus hujusmodi de Nobili, vel saltem ex utrôq; parente de militari genere, ac de legitimo matrimonio procreatus existat, & se talem in ipsis litteris fore expresserit, & hoc antea coram dictis Capitulo per testes fidedignos, qui etiam militares existant, probet, ut præfertur; Non obstante, quòd hujusmodi consuetudo, statutum & ordinatio Capituli prædicti aliquoties interrupta, & contra eam deventum extitit, ac constitutionibus Apostolicis & aliis contrariis quibuscunque, seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis, de hujusmodi Canonicatibus & Præbendis aut Dignitatibus seu Personatibus vel Officiis vacantibus, aut certo modo vacaturis in ipsâ Ecclesiâ Monasteriensi speciales dictæ Sedis vel legatorum ejus litteras impetrârint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem litteras seu processus habitos & habendos per easdem & quacunque inde secuta, in quantum præsentibus statuto & ordinationi nostris derogent, ad Canonicatus & Præbendas aut Dignitates seu Personatus vel Officia hujusmodi volumus non extendi, & quibuslibet litteris, privilegiis & indulgentiis Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quem præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Cæterum ad hoc, ut statutum & ordinatio nostra hujusmodi pro tempore firmius ab omni-

omnibus observantur, voluimus, ut hujusmodi consuetudinem, quod quicunque, autem, quicunque, clarius eisdem, ordinationi nostris hujusmodi, tur derogare, ad Canonicatus, vel Personatus, vel personatus admitti, ante receptionem hujusmodi vigore talium, nomicatus & Præbendas, Officia qualitercunque, va- lo efficaciter triginta M- cam, nec non conservatum localium, & param eadem Ecclesiâ, & Depu- veni, & pro tempore vo- huiusmodi teneatur. D- nime, si secus super his- faceret vel ignoranter co- modo statuti, ratificatio- constitutionis infringere- Romæ apud S. Petrum q-

Continuatio Privilegii
Finis

ET propterea dicti- millime supplica- tiones, ac privilegia confirmare, appro- Nostre cupientes laud- rum, statuta, & privile- ri, hujusmodi præfatoru- riam, hujusmodi precib- mus. Nos, animo delib- zitate vestra Cæsarea statu- legia præfatorum, in omni- sententis, & verborum approbavimus, & corrob-

17

omnibus observentur, volumus, & eâdem authoritate Apostolicâ similis constitutionis edicto etiam statuimus & ordinamus, quòd quicûq; authoritate quarumcûq; litterarum Sedis prædictæ, aut legatorum ejus, in quibus per quascûq; clausulas eisdem litteris insertas forsan statuto & ordinationi nostris hujusmodi quomodolibet contingatur derogare, ad Canonicatus & Præbendas, aut Dignitates, vel Personatus, vel Officia hujusmodi deinceps se petens admitti, ante receptionem aut admissionem suam hujusmodi vigore talium litterarum, ad hujusmodi Canonicatus & Præbendas aut Dignitates seu Personatus vel Officia qualitercûq; vacantia vel vacatura eidem Capitulo efficaciter triginta Marcas argenti puri, quas ad fabricam, nec non conservationem & meliorationem librorum localium, & paramentorum ad Divinum cultum in eâdem Ecclesiâ, & Deputatorum fideliter & integrè converti, & pro tempore volumus omninò, & irremissibiliter solvere teneatur. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secùs super his à quoquam quâvis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergò modo statuti, ratificationis, approbationis, voluntatis & constitutionis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum quinto Idus Junii, anno decimo.

*Continuatio Privilegii MAXIMILIANI
Imperatoris.*

ET propterea dicti Decanus & Capitulum Nobis humillimè supplicaverint, ut statutum & confirmationes, ac privilegia præinserta Cæsarea authoritate confirmare, approbare & corroborare dignaremur. Nos sanè cupientes laudabiles Ecclesiarum usus, consuetudines, statuta, & privilegia salva & inviolata conservari, hujusmodi præfatorum Decani & Capituli Monasteriensis humillimis precibus clementer annuendum duximus. Itaq; animo deliberato ex certa scientia ac authoritate nostra Cæsarea statutum, confirmationes & privilegia præinserta, in omnibus eorum punctis, clausulis, sententiis, & verborum expressionibus confirmavimus, approbavimus, & corroboravimus, sicut etiam tenore
C præsen-

præsentium confirmamus, approbamus & corroboramus, in quantum jure vel ex gratia confirmare, approbare & corroborare possumus ac debemus; Volentes, & præfatâ Cæsarcâ autoritate nostrâ expressè decernentes, statutum, confirmationes & privilegia præinserta, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis & verborum expressionibus valida esse, ac perpetui roboris firmitatem obtinere, suppletésq; ex certa scientia omnes & quoscúnq; defectus tam juris, quàm facti, omnesque solemnitates, quæ in præmissis intervenisse debuissent, seu intervenire debuisse dici posset; non obstantibus in contrarium facientibus quibuscúnque.

Cæterùm, quo faciliùs rectiùsq; iidem Decanus & Capitulum Ecclesiæ Monasteriens. in quietâ & pacifica possessione præmissorum permanere, ac iisdem uti, frui & gaudere possint, Nos legitimos conservatores & executores elegimus & deputavimus judicem atque assessores judicii Camerae Nostræ Imperialis, sicuti tenore præsentium memoratâ autoritate nostrâ Cæsarcâ scienter, deliberatè; ac sano accedente consilio eligimus & deputamus. Eisdem firmiter ac expressè mandantes, ut super executione, defensione & conservatione præmissorum, dictis Decano & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Monasteriensis nomine, loco, & autoritate Nostrâ summarie & cum effectu assistant, ac eosdem quoad præmissa, contra quoscúnq; turbatores, molestatores, & hujus Nostræ Cæsarcæ Confirmationis violatores & neglectores defendant, conservent, & manteneant, prout juris erit. Ad quæ omnia & singula peragenda concedimus & tribuimus iisdem conservatoribus plenam facultatem & potestatem ac vices nostras, ipsique in eo executuri sunt benè gratam ac expressam voluntatem Nostram. Nulli ergò omninò hominum liceat, hujus Nostræ confirmationis, approbationis, corroborationis, privilegii, gratiæ, & conservatorii paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, præter nostram, & Imperii sacri indignationem gravissimam, quadraginta Marcharum auri puri mulctam, pro dimidiâ Imperiali Fisco seu Ærario Nostrò, reliquâ verò parte, præfatis Decano & Capitulo Ecclesiæ Monasteriensis

steriensis toties, quæ
biliter applicandam
Harum testimonio
rum, & Sigilli No
Datum in Civitate No
sis Decembris, anno
septuagesimo tertio,
decimo, Hungariæ un

Continuatio P

A Deoque Nob
pitulum Ecc
mississime sup
& constitutionem suoru
& sancta Sede Apostol
thoritate Nostra Cæsarc
menter dignemur.
omnium, maxime ve
conservari, earundem
nere, verum etiam r
nasteriensis humillim
ximus, quemadmo
Ac proinde animo de
thoritate Nostra Cæsarc
privilegia præinserta,
his, sententiis, & v
mus, approbamus, &
vel ex gratia confirmare
tum, ac debemus.
autoritate nostra expr
firmationes & privilegia
eis, clausulis, articulis
fontibus, valida esse, ac p
nere, suppletésq; ex ce
defectus tam juris, quàm
quæ in præmissis interven
debuisse dici posset, non
obstantibus quibuscúnque.

steriensis toties, quoties contraventum fuerit, irremissibiliter applicandam se noverit ipso facto incursum. Harum testimonio litterarum, manu nostrâ subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarii appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Vienna die decima nona mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Regnorum Nostrorum Romani duodecimo, Hungariæ undecimo, Bohemiæ vigesimo quinto.

Continuatio Privilegii LEOPOLDI Imperatoris.

A Deoque Nobis dicti Præpositus, Decanus & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Monasteriensis demississimè supplicarint, ut hujusmodi statutum & constitutionem suorum Antecessorum in se derivatam, & à Sancta Sede Apostolica approbatam, Nos quoque auctoritate Nostra Cæsarea communicare ac corroborare clementer dignaremur. Nos sanè cupientes Ecclesiarum omnium, maximè verò Cathedralium honorem ac decus conservari, earundemque jura non modò illibata permanere, verum etiam magis magisque præfati Capituli Monasteriensis humillimis precibus benignè annuendum duxerimus, quemadmodum tenore præsentium annuimus. Ac proinde animo deliberato, ex certa scientia, ac auctoritate Nostra Cæsarea, statutum, confirmationes, & privilegia præinserta, in omnibus eorum punctis, clausulis, sententiis, & verborum expressionibus confirmamus, approbamus, & corroboramus, in quantum jure vel ex gratia confirmare, approbare, & corroborare possumus, ac debemus. Volentes, & præfata Cæsarea auctoritate nostra expressè decernentes, statutum, confirmationes & privilegia præinserta, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus valida esse, ac perpetui roboris firmitatem obtinere; suppletésq; ex certa scientia omnes & quoscunque defectus tam juris, quàm facti, omnesque solemnitates quæ in præmissis intervenisse debuissent, seu intervenire debuisse dici posset, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque.

Cæterùm, quò faciliùs, rectiùsq; iidem Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Monasteriensis in quietâ & pacifica possessione præmissorum permanere, ac iisdem uti, frui, & gaudere possint, Nos legitimos eorum conservatores & executores elegimus, & deputavimus Judicem, atque assessores Judicii Camerae nostræ Imperialis; sicut tenore præsentium memoratâ authoritate Nostrâ Cæsareâ scienter, deliberate, ac sano accedente consilio eligimus & deputamus. Eisdem firmiter ac expressè mandantes, ut super executione, defensione, & conservatione præmissorum, dictis Decano & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Monasteriensis nomine, loco, & authoritate Nostrâ summarè, & cum effectu assistant, ac eosdem quoad præmissa contra quoscunq; turbatores, molestatores, & hujus Nostræ Cæsareæ Confirmationis violatores & neglectores defendant, conservent, & manteneant, prout juris erit. Ad quæ omnia & singula peragenda concedimus & tribuimus iisdem conservatoribus plenam facultatem & potestatem, ac vices Nostras, ipsique in eo executuri sunt benè gratam & expressam voluntatem nostram.

Nulli ergò omninò hominum liceat hujus Nostræ confirmationis, approbationis, corroborationis, privilegii, gratiæ, & conservatorii paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire.

Si quis autem id attentare præsumpserit, præter Nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam, quadraginta Marcarum auri puri mulctam, pro dimidiâ Imperiali Fisco, seu Ærario Nostro, reliqua vero parte sæpèfatis Decano & Capitulo Ecclesiæ Monasteriensis toties quoties contraventum fuerit, irremissibiliter applicandam se noverit ipso facto incursum. Harum testimonio litterarum manu Nostra subscriptarum, & Sigilli Nostræ Cæsareæ appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate

itate Nostra Vienna
anno Domini millesimo
no, Regnorum No
quarto, Bohemici ve

LEOPOLD

Georgius Ul
à Wolc

(L.S.N.)

19

vitae Noſtrae Viennæ, die decimâ tertiâ Menſis Junii,
anno Domini milleſimo ſexcentefimo quinquageſimo no-
no, Regnorum Noſtrorum Romani primo, Hungarici
quarto, Bohemici verò tertio &c.

LEOPOLDUS mppria.

Georgius Ulricus Comes
à Wolckenſtein.

Ad Mandatum Sacræ Cæſaræ
Majeſtatis proprium,

J. Walderode mppria.



(L.S.N.)

Pro Copia cum Originali Collationata &
verbotenus concordante ſubſcripſit
& Notariali ſolito ſigneto munivit
Henricus Boëker Cæſaræ authoritate
publicus & Monasterii Weſtphalo-
rum immatriculatus Notarius mppria.

D

Littera

Littera B.

Uralters Formulare des Auffschwerungs-
Auds.

Die vier Geschlechter / so benahmet seynd / das seynd Herren N. nächste Geschlechter vom Vater und Mutter wegen / und von denenselben ist Herr N. im rechten Bette echt und recht geböhren / und seynd alle Güter Ritterschafft und von guter Ritterschafft hergesprossen. Das mir Gott helffe und seine Heiligen.

(L. S. N.)

Pro Copia cum originali concordante subscript & Symbolo Notariali munivit
Henricus Böcker Sacra Caesarea auctoritate publicus & Monasterii Westphalorum immatriculatus Notarius,
mpria.

Littera C.

Antwort-Schreiben ad Capitulum von Herrn Obrist Stall-
meistern und Geheimbten Rath Frey-Herren
von der Reck.

Hochwürdig: Hochwohlgebohrne Freyherren
besonders hochgeehrtiste Herren Betteren.

Was Ew. Hochwürden Hochwohlgeb. unterm dato den 24. dieses wegen Auffschwerung des Hn. Grafen von Kaunitz Wapffen bey hiesigen Hochw. Thumb-Capitul an mich gelangen lassen / darauff ohnverhalte schuldigst / wie zwarn hiebevorn von dem Herren Grafen von Kaunitz schriftlich belanget worden / ad effectum einer antretender Münstrischen Thumb-Præbenden dessen Stamm-Wapffen hieselbsten auffzuschweren / und nicht ermangelet / meine Antwort dahin ergehen zu lassen / daß zwarn solche Wapffen auffzuschweren urbiethig / wann zufordrist die nöthige requisita würden præstirt / und von Einem Hochwürdigem Thumb-Capitul aggreiret seyn / worunter zu verstehen / falls die Wapffen auff Formb und Weise allhie bey der hohen Thumb-Kirchen dem alten Herkommen gemäß præstiris præstandis zufordrist werden probiret seyn.

So

So habe dann
bey dem Graflich
ist mündlich als
die Wapffen an
handt wären /
ten sollen / als

Ein. Ein. Hoch
M
Münster den 26. April
1726

Dem Hochwürdig
und Herren / Herren
Münstrischen Capitul
Münster

Præsent & lectum in Capitulo
den 6. Maij 1726

(L.S.N.)

Antwort-Schreiben

Hochwürdig:
hoch

Wenigen hoch-ge
ten Monarchen
würden Hochw. zu
dem Hoch- und

So habe dann auch diese meine resolution und Antwort bey dem Gräfflich Rittbergischen Herrn Drostem von Meiners so mündlich als schriftlich repetiret. Umb demmehr da mir die Wapffen an Seithen des Herren Graffen zumahlen ohnbe-
kandt wären / welches in ohnverweilige Antwort nicht verhalten sollen / als bin und beharre

Ew. Ew. Hochw. Hochw. und Hochwohlgebohrnen
Meiner Hochgeehrtisten Herren Betteren

Münster den 26. April,
1726.

Ergebenster Diener

J. M. Freyh. von der Reck zu Steinsfort.

Inscriptio.

Denen Hochwürdig- und Hoch- wohlgebohrnen Freyherrn
und Herren / Herren Thumb-Dechanten / Senioren / und
sämpftlichen Capitularen der Hohen Cathedral-Kirchen zu
Münster

(L. P.)

Präsent. & lectum in Capitulo
den 6. Maij 1726.

à

Münster.

Pro Copia cum originali collat. & verbotenus
concordante subscripsit & Notariali
solito signeto munivit *Henr. Boëker*
Cæsarea auctoritate publicus & Mo-
nasterii Westphalorum immatriculatus
Notarius. mppria,

(L. S. N.)

Littera D.

Antwort-Schreiben des Herren Geheimbten Raths
von Alsheberg.

Hochwürdig- Hoch- wohlgebohrne Freyherrn
hoch- geehrtiste hoch- gebietende Herren.

S Erenselben hoch- geehrtes Schreiben vom 24. jehst lauf-
fenden Monaths habe ich vorgestern zu recht erhalten /
und des mehreren daraus ersehen / wie daß Ew. Hoch-
würden Hochwohlgeb. zu wissen verlangen / ob ich die von
dem Hoch- und Wohlgebohrnen Herren Wentzel Anton
Graffen

Graffen von Kaunis und Rittberg (nachdem derselbe bey hie-
 siger Münstrischen Hohen Thumb-Kirchen mit einer in mens-
 Pontificio vacant gewordenen Thumb-Præbende providirt/
 auch darauff seine Stamm-Wapffen / unter welchen abson-
 derlich Väterlicher Seithen sich theils Böhmishe / und Mä-
 rische zumahlen dahie ohnbekandte / und in hiesigen hohen
 Thumb nicht auffgeschworne Familien befinden sollen / zur ge-
 wöhnlichen Auffschwerung präsentirt / und unter anderen mich
 darzu mit benennet /) sothanig gesuchte Auffschwerung zu ver-
 richten mich schon erbotten / oder welcher Gestalten mich darauff
 erkläret haben möchte / so diene schuldigst zu Nachricht / daß ich
 zwar von meinen an den Rittbergischen Herren Drost von
 Meiners dieserhalb abgegebenen Antwort-Schreiben keine
 Copey zurück gehalten / noch die eigentlich darin enthaltene
 terminos wiederholen könne / mir gleichwohl erinnerlich be-
 vorstehe / daß ich die Auffschwerung anderster nicht als unter
 der Condition unternommen / wann zusehndt ein Hochwür-
 diges Thumb-Capitul selbige begnemen / und mich demnächst
 zu diesen Actum erwählen würde. Welches Ew. Hochwür-
 den Hoch-wohlgebohrnen gehorsambst hinterbringen sollen /
 stets mit allen gebührenden Respect verbleibend.

Ew. Hochwürden Hoch-wohlgeb. Freyherrn
 Meiner Hoch-gebietenden Herren

Denne den 28. April.
 1726.

Unterthänig-gehorsamer Diener
 J. M. v. Ascheberg mppria.

Inscriptio.

Au Reverendissime & tres Illustré Chapitre de l'Eglise
 Cathedrale de Munster

Präsentat. in Capitulo den
 6. Maij 1726.

psent

â

(L.P.)

Munster.

(L.S.N.)

Pro Copia cum suo originali collat. & ver-
 botenus concordante subscr. & No-
 tariali suo symbolo roboravit Henric.
 Boëker Cæsarea auctoritate publicus
 & Monasterii Westphalorum imma-
 triculus Notarius. mppria.

Littera

Antwort-Schreiben
 Hochwürdig
 Meine
 Auf Ew. Hochwür-
 diges beliebig
 nicht verhalten
 der Herr Graf von Ka-
 nis aufzusehen / und
 Thumb-Capitul auffzu-
 m habe / daß dessfalls
 Capitul dabei kein fern
 Dings erbetigt wäre die
 wenig mit gegemenden
 Ewer Hoch-
 Meinen
 Münster den 28. April.
 1726.

Denen Hochwürdig u-
 ren Thumb-Dechar-
 ren Capitularen der
 meinen Hoch- zu ehre
 Präsent. & lect. in Capitulo
 den 27. Aprilis 1726.
 (L.S.N.)
 Schreiben des Herrn D-
 der Hof- und Herr-
 Supplicatio

Littera E.

Antwort: Schreiben des Herren Drostes Freyherrn von
Schmising.

Hochwürdig: Hoch: wohlgebohrne Freyherrn
Meine Hoch zu ehrende Herren Bettere.

Auff Ewer Hochwürden und Hoch: wohlgeb. unterm 24.
dieses beliebig Erlassenes habe zur dienstlicher Antwort
nicht verhalten sollen / wie daß zwar seine Excellence
der Herr Graff von Kauniz und Rittberg unter anderen mich
mit außgesehen / umb dero Herren Sohn bey allhiesigen Hohen
Thumb: Stifft auffzuschweren / ich aber hierauff mich erklä-
ret habe / daß deßfalls / wann Ein Hochwürdiges Thumb-
Capitul dabey kein ferners Bedencken tragen würde / meines
Orths erbietig wäre die Aufschwerung zu verrichten. Der im
übrigen mit geziemenden Respect verharre.

Ewer Hochwürden Hoch: wohlgeb.

Meinen Hoch: zu ehrenden Herren Betteeren.

Münster den 24. April.
1726.

Dienstbereitwilligster Diener
F. M. F. K. g. Schmisingen mppria.

Inscriptio.

Denen Hochwürdig: und Hoch: wohlgebohrnen Herren / Her-
ren Thumb: Dechanten / Senioren / und sämtlichen Her-
ren Capitularen der Hohen Thumb: Kirchen zu Münster zc.
meinen Hoch: zu ehrenden Herren Betteeren.

(L. P.)

Präsent. & lest. in Capitulo
den 27. Aprilis 1726.

(L. S. N.)

Pro Copia cum Originali Collationata &
verbotenus concordante subscripsit
& Symbolo Notariali corroboravit
Henricus Böcker Cæsareâ auctoritate
publicus & Monasterii Westphalo-
rum immatriculat. Notarius mppria.

Littera F.

Schreiben des Herrn Obrist Stallmeistern Freyherrn von
der Reck an den Herren Graffen von Kauniz / so dessen
Supplication ad Cæsarem bengelagt.

E

Wohl

Wohl-gebohrner
Sonders Hoch-geehrter Herr.

Duß der ältister Herr Graff von Kauniz und Rittberg von
Ihro Päpstlichen Heiligkeit mit der durch Absterben des
abgelebten Freyherrn von Droste zu Münster vaciren-
den Thumb-Præbende Apostolicè providirt worden / habe
mit Freyden vernommen; gleich ich nun nicht allein die Hoch-
Gräffl. Familie, sondern auch dem Proviso von Herzen darzu
congratulire / so mache mir im gleichen ein plaisir darauß /
wann vorgehend die nöthige requisita werden præsentirt / und
von einem Hochwürdigem Thumb-Capitul werden agreirt
seyn / wann zur Auffschwerung des neo Provisi dem Graffen
meiner seiths einiger massen dienen kan / ich werde zu diesem
End noch vor die Feyertage in Münster seyn / da alsdann mit
dem angeordneten Hn. Mandatario Vicario Mues ein ferners
concertiren kan. Der ich übrigens ohnaußsächlich beharre.

Ewer Wohl-gebohrnen

Steinfurt den 12. Xbris.
1725.

Dienstergebenster

J. M. Freyherr von der Reet mppria.

Pro Extractu ex prædicta communicata
supplicatione fideliter desumpto &
cum eadem collat. subscriptit & no-
tariali symbolo munivit Henr. Böcker
Cæsarea auctor. publ. & Monasterii
Westphalorum immatriculatus No-
tarius mppria.

(L. S. N.)

Littera G.

Project des vom Hochwürdigem Münsterischen Thumb-Capi-
tul an die vier vorgeschlagene Herren Auffschwerer
abgelassenen Schreibens.

Hoch-wohlgebohrner ꝛc. ꝛc.

Wer Hoch-wohlgebohrnen mögen wir himit nicht ver-
halten / was gestalt der Hoch- und wohlgebohrner Herr
Wenzel Anton Graff von Kauniz und Rittberg mit ei-
ner bey hiesiger Thumb-Kirchen in Mensc Pontificio vacant
gewor-

gewordene Thumb-Präbende providirt worden / und bey
 Präsentirung seiner Stamm-Wapffen unter anderen Ewer
 Hoch- wohlgebohrnen mit zum Auffschweren benennet habe;
 Wie nun aber dessen producirt besonders Väterliche Stamm-
 Wapffen als theils Boheimbsche und Mährische Familien uns
 zumahlen ohnbekandt / und niemahls vorhin bey hiesiger Kir-
 chen aufgeschworen worden. So haben von Ewer Hoch-
 wohlgebohrnen hiemit dienstfreundlich vernehmen wollen / ob
 Sie solche Auffschwerung zu verrichten sich schon erbotten / oder
 welcher gestalt Sie sich darauff erkläret haben. In Erwartung
 beliebiger Antwort verharrende.

Ewer Hoch- wohlgebohrnen.

Geben aus Unser Capitular-
 Versammlung am 24ten
 Aprilis 1726.

Pro Copia cum originali projecto ver-
 botenus concordante

Matt. Frid. Bisping Rmi. Cathedra-
 lis Capituli Secretarius juratus.

Littera H.

Antwort: Schreiben ad Capitulum vom Herren Seheimbten
 Rath und Drossen von Twickel.

Hochwürdig: Hoch- wohlgebohrne Freyherrn /
 Hochgeehrtiste Herren Bettere.

Sleich wie Ewer Hochwürden Hoch- wohlgebohrnen
 durch Dero an mich erlassenen geehrtisten Schreiben
 vom 24. Aprilis von mich zu vernehmen belieben wöl-
 len; ob ich zu der / von dem regierenden Herren Graffen zu
 Kaunis und Rittbergen verlangter Auffschwerung seines / bey
 alldasiger hohen Thumb- Kirchen mit einer Präbende Pontifi-
 cie providirten Herrn Sohn Hr. Wenzel Anton Graffen von
 Kaunis und Rittbergen / mich erbotten / oder welcher gestalt
 darauff erkläret hätte; So habe schuldigster massen hiemit ohn-
 verhalten wollen: daß zwar auff / von hoch- gemeldten Her-
 ren Graffen von Kaunis und Rittbergen / wegen der Auf-
 schwerung seines Herren Sohns an mich geschehener Besin-
 nung

nung mich darzu erbotten habe; solches jedoch nicht anderster
auffgenommen / oder verstanden werden könne; als wann die
erforderliche iustificatoria wegen denen auffschwerenden Stamm-
Wapffen des Jungen Herren Graffen von Kaunitz vorhero ge-
hörig bengebracht / und zu Ewer Hochwürden Hoch-wohlge-
bohrnen völligen Vergnügen ersetzt / mithin die übrige prä-
standa præstirt seyn würden; wie solches ohne deme in derglei-
chen Begebenheiten bey alldasiger / und anderen Hohen Thumb-
Kirchen wohl-hergebracht und gebräuchlich ist; Wann also die
Stamm-Wapffen des mehrgemeldten Jüngereren Herren Graf-
fen von Kaunitz zu Ewer Hochwürden Hoch-wohlgebohrnen
völligen Vergnügen (an dessen Erfolg ich auch nicht zweiffle)
werden iustificirt / und præstanda præstirt seyn / und die Ord-
nung der Aufschwerung unter denen vorgeschlagenen vier Her-
ren Aufschwereren mich treffen solte / werde mir eine besondere
Ehre darauß machen / mehrhochgeml. Herren Graffen von
Kaunitz und Rittbergen / bey dieser Gelegenheit dienen zu kön-
nen; womit zu Ewer Hochwürden Hoch-wohlgebohrnen
höchst-schätzbahre Gewogenheit mich empfehlend mit tieff-
schuldigster Veneration bin und verbleibe.

Ewer Hochwürden Hoch-wohlgebohrnen

Havixbeck den 20. Maij
1726.

Gehorsamer Diener

Johan Rudolff Freyherr von Twickel
Drost. mppria.

Præsent. & lectum in Capitulo
den 31. Maij 1726.

(L. S. N.)

Pro Copia cum originali concordante &
collationata subscriptit & solito No-
tariali signeto communivit *Henricus
Boëker* Cæsarea auctoritate publicus
& Monasterii Westphalorum imma-
triculatus Notarius. mppria.

Littera

Antwort. Schreiben

Hochwürdig. Hoch-
w. Meiner Hoch-

W. Ewer Hochwürdig.
dieses beliebig Erl.
nicht verhalten solt.
der Herr Graf von Kaun-
mit aufgegeben / und der
Thumb / Stifte aufzu-
rd habe / daß dessfalls
Capitul dabey kein fernere
dies erbetigt wäre die
wom mit geziemenden R

Ewer Hoch-
w. Meiner Hoch-

Havixbeck den 20. Maij.
1726.

Denen Hochwürdig. un-
ren Thumb-Dechanten
ren Capitularen der
meinen Hoch- zu ehren

Præsent. & lect. in Capitulo
den 27. Aprilis 1726.

(L. S. N.)

L.
Ewer Hochwürdig. Herrn Ob-
der Hochwürdig. Herren
Supplication

Littera E.

Antwort: Schreiben des Herren Drostes Freyherrn von Schmising.

Hochwürdig: Hoch: wohlgebohrne Freyherrn
Meine Hoch zu ehrende Herren Betteere.

Auff Ewer Hochwürden und Hoch: wohlgeb. unterm 24. dieses beliebig Erlassenes habe zur dienstlicher Antwort nicht verhalten sollen / wie daß zwarn seine Excellence der Herr Graff von Kaunitz und Rittberg unter anderen mich mit außgesehen / umb dero Herren Sohn bey allhiesigen Hohen Thumb: Stifft auffzuschweren / ich aber hierauff mich erkläret habe / daß deßfalls / wann Ein Hochwürdiges Thumb: Capitul dabey kein ferners Bedencken tragen würde / meines Orths erbietig wäre die Aufschwerung zu verrichten. Der im übrigen mit geziemenden Respect verharre.

Ewer Hochwürden Hoch: wohlgeb.
Meinen Hoch: zu ehrenden Herren Betteeren.

Münster den 24. April.
1726.

Dienstbereitwilligster Diener
F. M. J. K. g. Schmisingen mppria.

Inscriptio.

Denen Hochwürdig: und Hoch: wohlgebohrnen Herren / Herren Thumb: Dechanten / Senioren / und sämbtlichen Herren Capitularen der Hohen Thumb: Kirchen zu Münster ic. meinen Hoch: zu ehrenden Herren Betteeren.

(L. P.)

Præsent. & lect. in Capitulo
den 27. Aprilis 1726.

(L.S.N.)

Pro Copia cum Originali Collationata & verbotenus concordante subscripsit & Symbolo Notariali corroboravit Henricus Böcker Cæsareâ auctoritate publicus & Monasterii Westphalorum immatriculat. Notarius mppria.

Littera F.

Schreiben des Herrn Obrist Stallmeistern Freyherrn von der Reck an den Herren Graffen von Kaunitz / so dessen Supplication ad Cæsarem beygelagt.

E

Wohl:

Wohl-gebohrner
Sonders Hoch-geehrter Herr.

Duß der ältister Herr Graff von Rauniz und Rittberg von
Ihro Päpstlichen Heiligkeit mit der durch Absterben des
abgelebten Freyherrn von Droste zu Münster vaciren-
den Thumb-Præbende Apostolicè providirt worden / habe
mit Freuden vernommen; gleich ich nun nicht allein die Hoch-
Gräffl. Familie, sondern auch dem Proviso von Herzen darzu
congratulire / so mache mir im gleichen ein plaisir darauß /
wann vorgehend die nöthige requisita werden präsentirt / und
von einem Hochwürdigen Thumb-Capitul werden agreirt
seyn / wann zur Auffschwerung des neo Provisi dem Graffen
meiner seiths einiger massen dienen kan / ich werde zu diesem
End noch vor die Feyertage in Münster seyn / da alsdann mit
dem angeordneten Hn. Mandatario Vicario Mues ein ferners
concertiren kan. Der ich übrigens ohnaußsächlich beharre.

Ewer Wohl-gebohrnen

Steinfurt den 12. Xbris.
1725.

Dienstergebenster

J. M. Freyherr von der Reck mppria.

Pro Extractu ex prædicta communicata
supplicatione fideliter desumpto &
cum eadem collat. subscripsit & no-
tariali symbolo munivit Henr. Boeker
Cæsarea auctor. publ. & Monasterii
Westphalorum immatriculatus No-
tarius mppria.

(L. S. N.)

Littera G.

Project des vom Hochwürdigen Münsterischen Thumb-Capi-
tul an die vier vorgeschlagene Herren Auffschwerer
abgelassenen Schreibens.

Hoch-wohlgebohrner 26. 26.

Wer Hoch-wohlgebohrnen mögen wir himit nicht ver-
halten / was gestalt der Hoch- und wohlgebohrner Herr
Wenzel Anton Graff von Rauniz und Rittberg mit ei-
ner bey hiesiger Thumb-Kirchen in Mensc Pontificio vacant
gewor-

wordene Thumb-Præ-
bende von dem
Hoch-wohlgebohrnen
Bischof aber durch
Wappen als theils
umahlen ehelich
den aufgeschworen
wohlgebohrnen
Ew. Hohe Auffschwerung
wider gestalt Sie sich
selbiger Antwort ver-

Hoben aus Unser Capitul
Versammlung am 24.
Aprilis 1726.

Antwort-Schreiben an
Nath. u.

Hochwürdig

Gleich wie Ewer
durch Dero an
vom 24. Aprilis
in: ob ich zu der / von
Rauniz und Rittbergen
als ob oben Thumb-
die provierten Herrn
Rauniz und Rittbergen /
darumtänheit: So
verhalten wollen: So
ren Graffen von Rauniz
Schwerung sein Herr

. 24

gewordene Thumb-Præbende providirt worden / und bey
Präsentirung seiner Stamm-Wapffen unter anderen Ewer
Hoch- wohlgebohrnen mit zum Auffschweren benennet habe;
Wie nun aber dessen producirte besonders Väterliche Stamm-
Wapffen als theils Boheimbsche und Mährische Familien uns
zumahlen ohnbekandt / und niemahls vorhin bey hiesiger Kir-
chen auffgeschworen worden. So haben von Ewer Hoch-
wohlgebohrnen hiemit dienstfreundlich vernehmen wollen / ob
Sie solche Auffschwerung zu verrichten sich schon erbotten / oder
welcher gestalt Sie sich darauff erkläret haben. In Erwartung
beliebiger Antwort verharrende.

Ewer Hoch- wohlgebohrnen.

Gebenaus Unser Capitular-
Versammlung am 24ten
Aprilis 1726.

Pro Copia cum originali projecto ver-
botenius concordante

Matt. Frid. Bisping Rmi. Cathedra-
lis Capituli Secretarius juratus.

Littera H.

Antwort- Schreiben ad Capitulum vom Herren Geheimbten
Rath und Drossen von Ewickel.

Hochwürdig- Hoch- wohlgebohrne Freyherrn /
Hochgeehrtiste Herren Bettere.

Sleich wie Ewer Hochwürden Hoch- wohlgebohrnen
durch Dero an mich erlassenen geehrtisten Schreiben
vom 24. Aprilis von mich zu vernehmen belieben wöl-
len; ob ich zu der / von dem regierenden Herren Graffen zu
Kauniz und Rittbergen verlangter Auffschwerung seines / bey
alldasiger hohen Thumb- Kirchen mit einer Præbende Pontifi-
ciè providirten Herrn Sohn Hr. Benzel Anton Graffen von
Kauniz und Rittbergen / mich erbotten / oder welcher gestalt
darauff erkläret hätte; So habe schuldigster massen hiemit ohn-
verhalten wollen: daß zwarn auff / von hoch- gemeldten Her-
ren Graffen von Kauniz und Rittbergen / wegen der Auff-
schwerung seines Herren Sohns an mich geschehener Besin-
nung

nung mich darzu erbotten habe; solches jedoch nicht anderster
auffgenommen / oder verstanden werden könne; als wann die
erforderliche justificatoria wegen denen auffschwerenden Stam-
Wapffen des Jungen Herren Grafen von Kaunitz vorhero ge-
hörig beygebracht / und zu Ewer Hochwürden Hochwohlge-
bohrnen völligen Vergnügen ersetzt / mithin die übrige prä-
standa præstirt seyn würden; wie solches ohne deme in derglei-
chen Begebenheiten bey alldasiger / und anderen Hohen Thumb-
Kirchen wohlhergebracht und gebräuchlich ist; Wann also die
Stamm-Wapffen des mehrgemeldten Jüngeren Herren Graf-
fen von Kaunitz zu Ewer Hochwürden Hochwohlgebohrnen
völligen Vergnügen (an dessen Erfolg ich auch nicht zweiffle)
werden justificirt / und præstanda præstirt seyn / und die Ord-
nung der Aufschwerung unter denen vorgeschlagenen vier Her-
ren Aufschwereren mich treffen solte / werde mir eine besondere
Ehre darauff machen / mehrhochgeml. Herren Grafen von
Kaunitz und Rittbergen / bey dieser Gelegenheit dienen zu kön-
nen; womit zu Ewer Hochwürden Hochwohlgebohrnen
höchstschätzbahre Gewogenheit mich empfehlend mit tieff-
schuldigster Veneration bin und verbleibe.

Ewer Hochwürden Hochwohlgebohrnen

Havixbeck den 20. Maij
1726.

Gehorsamer Diener

Johan Rudolff Freyherr von Ewickel
Drost. mppria.

Præsent. & lectum in Capitulo
den 31. Maij 1726.

(L. S. N.)

Pro Copia cum originali concordante &
collationata subscripsit & solito No-
tariali signeto communivit *Henricus
Boeker* Cæsarea auctoritate publicus
& Monasterii Westphalorum imma-
triculatus Notarius. mppria.

Littera

Statutum super
NOS Decanus
Ecclesie Monasterii
Capitulo congregati
facimus & attestamus, quod
faculis erectum, & ad hunc
obseruatum & continuatum
forma recipiendi Canonici
qualitatem probare debeant
omnino in suo robore con-
tinuimus. Ne vero circa
temporis aliquis subrep-
tatur dubium; ejusdem
modum subsequentem
deduximus: videlicet,
penam admissionem, Ca-
pientum, ad quorum
gatur, suis coloribus &
illis examinari, & conti-
& illius nobilitate nihil

(L. S. N.)



Littera F.

